



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

49. An liceat absolvere moribundum, qui vult præbere eleemosynam pro sepultura in loco magis honorifico? Ex p. 5. tr. 3. res. 102.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

# De Absol. Sacramentali. Ref. XLVIII & c. 251

casu praesenti, in quo de sua contritione dubitant probabiliter, & hi sunt Toletus lib. 3. summ. cap. 6. Sotus in 4. disp. 18. q. 2. art. 6. Victoria, Valentia, Canus, & alij, quos citatos invenies apud auctorem Annotatum in Tolet. cap. 6. lib. 3. & certe ambigue in praesenti casu loquitur Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 2. Dicendum tamen est in praesenti casu, in quo quia in mortis articulo dubitat an veram habeat contritionem, teneri vel publice, vel per interpretem saltem aliqua peccata minoris scandali confiteri propter periculum salutis aeternae, majus est enim periculum salutis aeternae, quam infamia, & major iactura illius, quam fama temporalis amissio. & ita docet Fagundez pr. 2. lib. 3. cap. 3. n. 11. qui citat Suarez, Petrum Sotum, Canum, & Sylvestrum, quibus ego addo Granadum de Sacram. in 3. part. contr. 7. tr. 9. disp. 4. n. 2. Sed ego, ut verum fatear, semper puto in tali casu probabiliter dubitandum esse de contritione, per ea quae ipse contr. 7. tr. 1. disp. 9. sect. 6. n. 28. asserit, ut infra dicam: ergo facienda videtur confessio, & sufficeret unum solum peccatum declarare, omisissis etiam gravioribus, ut docet Hurtadus disp. 8. diff. 2. Imò plus addo, quòd si in particulari non possent supradicti peccatum aliquod declarare, sufficeret ut omnes cum aliquo signo significent se peccasse. Sed audiamus doctum Hurtadum de Sacram. Poenit. disp. 9. diff. 10. ubi sic ait: In periculo mortis ut in peste, bello, aut naufragio, quando periculum imminens aliud non permittit, possunt omnes simul signo aliquo, ut genuflexione, significare se peccasse sic in communi, & de eo dolere, ut continget, si Confessarius dicat, omnes qui volunt à peccatis absolvi, genuflectant, & tunc etiam possunt omnes simul absolvi à Confessario, dicente, Ego vos absolvo à peccatis vestris. Ita Hurtadus, quod est valde notandum.

## RESOL. XLVIII.

An tempore pestis possit quis audire aliqua peccata, & confessione non finita moribundum absolvere? Et quid, si eger velit integrè confiteri? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 74.

§. 1. Negativam sententiam mordicus sustinet Philippus Marchinus de peste part. 3. cap. 4. mm. 5. & seq. ubi ex septem argumentis contra hanc sententiam stabilire, adi illum, & non pigebit.

2. Non desunt tamen doctores affirmativam sententiam sustententes, licet consulant Confessarios integram confessionem audire. Et ita docet Zambranus de sac. Poenit. c. 4. dub. 6. n. 12. ubi sic ait: Si quis non audeat tempore pestis audire infectum, quia timet probabiliter sibi periculum mortis ex infectione, audiat saltem non integrè, se accommodando opinioni juniorum aliquorum, asserentium id posse fieri licitè, quia sicut secundum omnes excusatur poenitens ab integritate, quando ex illa sibi timet damnum corporis, vel rei familiaris, vel honoris, quia scilicet Confessarius ille injustè poenitenti inferret aliquod ex predictis damnis, si illi integrè confiteatur, ita etiam excusatur Confessarius ab audienda integra confessione, ex qua sibi mortem timet. Ita ille, & post illum Chapeavilla de Sacram. Poenit. q. 26. in fine, ubi sic asserit: Quid si eger velit integrè confiteri: Respondeo, si Pastor timet probabiliter periculum mortis ex infectione pestilentis, non tenetur audire, sed excusatur, secundum multos recentiores Doctores eruditos & pios, quorum ratio videtur esse, quia sicut secundum om-

nes excusatur poenitens ab integritate confessionis, quando ex illa sibi timet damnum corporis, vel rei familiaris, vel honoris, quod scilicet Confessarius ipsi injustè inferret, si illi integrè confiteretur; ita etiam excusatur Confessarius ab audienda integra confessione, ex qua sibi à confitente mortem timet. Quod noto in solamen Pastorem, & eorum, qui necdum tanta charitate ardent, ut periculum vitæ corporalis pro majori quiete spirituali proximi adire audeant. Hæc Chapeavilla, & ideo hanc sententiam docet etiam Jacobus de Granado de Sacram. in 3. part. D. Th. contr. 7. tract. 9. disput. 5. sect. 3. n. 20. Layman lib. 3. tr. 6. c. 13. n. 4. Coninch de Sacram. disp. 7. dub. 9. n. 75. Hurtadus de Sacram. Poenit. disp. 9. diff. 10. Turrian. de poenit. disp. 30. dub. 1. Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 23. sect. 1. mm. 1. & alij. Et hæc opinio magis procederet si Confessarius audiendo alicujus moribundi integram confessionem, alij sine confessione morerentur. Unde Villalobos in sum. tom. 1. tr. 9. diff. 33. mm. 6. sic ait: [El Confessor que confessa los que estan en tormenta, balsa que oya dos o quatro pecados, o cada uno, y assi los absolva, sino puedo oyrlos enteramente, como dize Suarez cum mucha probabilidad, y se puede seguir. La razon es, porque uno puede callar el pecado por el daño temporal que se sigue à otro, como diremos abaxo, luego mejor podra por el peligro espiritual de los otros, que si no es assi, no se pueden confesar.] Ita ille, cui adde Joannem de la Cruz in direct. conscient. part. 2. de Sacram. Poenit. q. 3. dub. 5. conclus. 3. ubi sic asserit: Aliquando per accidens licitè dimidiatur confessio. Primò si poenitens ex defectu loquelæ, aut infirmitate vexatus, non potest omnia peccata confiteri. Ita Medina in summa lib. 2. cap. 8. Secundo si Confessor timet, quòd audiendo integram poenitentis confessionem ejus mortali morbo inficietur, aut si sint multi infirmi, & si Confessor audit integram confessionem unius, alij morientur sine confessione. Hæc Joannes de la Cruz.

3. Et tandem non desinam hic apponere verba Gabriëlis Valquez in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 2. dub. 1. mm. 2. ubi sic ait: Licitum est aliquando integram non facere confessionem ex parte etiam aliorum, qui expectarent idem beneficium absolutionis ab eodem Sacerdote, ut in bello, aut peste, ubi videremus plurimos periclitantes hoc remedio indigere, & alios private illo, si unius confessio integrè exciperetur imò in hoc casu tenetur Sacerdos ex misericordia, ut aliis subvenire posset, confessionem non perficere, imò ipse si non vellet, qui forsitan scrupulo detineretur, aut alia de causa poenitens, qui videret aliorum periculum, posset non perficere confessionem, imò teneretur, quia teneretur alij succurrere, nec detinere Sacerdotem; Sacerdos verò quando Sacerdos timens adhuc infectionem periculosam nollet relinquere confessionem, sed etiam integram audire si enim non tantum poenitens non teneretur eam non perficere, sed nec posset, quia quamvis Sacerdos posset, nec teneretur cum tanto periculo integram excipere confessionem, tamen posset etiam simile subire periculum, ut integram confessionem audiret, & consolatur agrotum, & ita jam posset agrotus integrè confiteri: quod si posset, teneretur, ut constat. Hucusque Valquez nbi supra.

## RESOL. XLIX.

An liceat absolovere moribundum, qui vult præbere elemosinam pro sepultura in loco magis honorifico? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 102.

§. 1. Nega

§. 1. **N**egativam sententiam docuit inclytus Ju-  
nilconsultus Valboa de Magrovejo in  
*Prælect. Salmanticen. tom. 2. cap. 4. de iudicis. n. 69.* ubi  
sic ait: Infertur tutum non esse à simonia labe pro  
loco magis honorifico sepultura: pretium accipere,  
v. g. intra Ecclesiam, & non in cœmeterio, ut adver-  
tit Antonius 2. part. tit. 1. §. 2. Sylvest. *ver. simonia,*  
*quæst. 11.* Ratio est manifesta, nam ibi tota ratio pre-  
tij est loci sanctitas, vel respectus ad majorem san-  
ctitatem: fateor tamen aliquos Theologos dixisse ta-  
lem venditionem licitam esse, quasi ibi solum qui-  
dam humanus honor vendatur in hominum apprehen-  
sione solum consistens: hanc tamen opinionem  
non admitto. Nam licet motivum ementis sit honor  
& in com. f. ille humanus, id tamen, quod venditur, sanctum  
tr. 7. Ref. 37. est, & honor ille annectitur spirituali, sicut etiam ho-  
& signatur in 6. tr. 7. nor humanus est quid annexum dignitati Ecclesia-  
Ref. 67. §. 7. stica, & sicut in hoc casu committeretur simonia,  
ideo. ad me- similiter & in illo: nam hujusmodi major honor hu-  
dium. manus non ex alio provenit, quam ex majori loci  
sanctitate: ergo ea ratione locum vendere erit simo-  
nia, certissimum tamen erit sub Ecclesie prohibitio-  
ne contineri. Sic ille. Sed his non obstantibus ab-  
solvat Confessarius moribundum in casu supradic-  
to, per ea quæ ego docui in part. 1. tract. 1. *Miscell.*  
*resol. 57.* & me citato, adducit Barbosa *de officio Pa-*  
*rochi, cap. 26. num. 16. & seq.*

Sup. hoc in  
tom. 6. tr. 1.  
Ref. 127. §.  
Ad confir-  
mationem,  
ad medium,  
& in com. f.  
tr. 7. Ref. 37.  
& signatur  
in 6. tr. 7.  
Ref. 67. §. 7.  
ideo. ad me-  
dium.

## RESOL. L.

*An sit absolvendus moribundus, qui vult mutare te-  
stamentum, quod in vita fecit cum juramento? Ex  
part. 5. tr. 3. Ref. 122.*

Quoad hoc §. 1. **A**ffirmativè videtur respondendum, ex do-  
ctore in tom. 6. tr. 8. Ref. 101. & 102. & ex illa-  
rum doctri-  
na facile  
terminabis  
hanc quæst.  
Affirmativè videtur respondendum, ex do-  
ctore Gomez in l. 3. *Tauri, num. 99.* Bart.  
& aliorum, quia juramentum contra bonos mores  
non obligat, ut habetur in *reg. 6.* Sed testamentum  
juratum est contra bonos mores, quia præbet hare-  
dibus occasionem desiderandi mortem testatoris.  
Item, quia pactum, quo aliquis dicit: Instituo te ha-  
redem, & nisi præstitero, spondeo tibi tantam pecu-  
niam, est iniquum, estque non observandum, quia  
est contra libertatem naturalem testandi. *l. stipulatio  
hoc modo, ff. de verb. oblig.* sed idem fit per testamen-  
tum juratum, ergo.

2. Sed his non obstantibus, dico primò, quòd malè  
dispositum, & continens aliquid contra leges justas,  
etiamsi juramentum confirmatum sit, revocandum  
est. Ratio, quia juramentum in re illicita non obli-  
gat, hinc dici solet juramentum non debere esse  
vinculum iniquitatis.

3. Dico secundò, quòd testamentum bene dispo-  
situm, & ex omni parte perfectum, ita ut nulla pos-  
sit de novo occurrere justa causa mutandi, si juratum  
est, & à testatore revocetur, erit de facto revocatum  
& posterius in utroque foro valebit; peccabit tamen  
graviter revocans, & erit perjurus.

4. Dico tertio, quòd testamentum bene dispo-  
situm, sed tamen imperfectum, id est in quo non est  
benè omnibus futuris eventibus prævisum, si sit ju-  
ratum, & nulla de novo justa causa subit illud mu-  
tandi, & à testatore revocetur, revocatio valebit, &  
revocans erit perjurus: si autem justa causa subit, li-  
citur erit absque ullo peccato illud revocare.

5. Prima pars patet ex secunda conclusione. Altera  
probatur, quia qui condit testamentum imperfectum  
& illud jurat, vel ita jurat, ut itaque non mutare il-  
lud, etiamsi justa causa se postea offerat, vel statuit  
non servare illud, quando nova causa se offert, quæ  
secundum rectam rationem exigit aliquam mutatio-

nem, si primum, juramentum fuit iniquum, & non  
observandum. Si secundum, testator prudenter reti-  
nuit facultatem mutandi testamentum oblata justa  
causa, quod cum laude præstat adveniente tali cau-  
sa, & hæc omnia docet Becanus in *sum. part. 2. tom.*  
*3. cap. 7. quæst. 8. per totam.* Ex quibus conclusio-  
bus Confessarius videbit, quando moribundus pec-  
cet, vel non peccet mutando testamentum juratum.  
Vide etiam Lessium *lib. 2. cap. 19. dub. 8.* Villalobos  
in *sum. tom. 2. tract. 3. diffic. 22. num. 7. & Malderum*  
in *2. 2. tr. 1. cap. 11. dub. 10.* & Sanchez in *opus.*  
*tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 17. num. 5.*

## RESOL. LI.

*An infirmus debeat statim ante mortem restituere pe-  
cuniam, & famam, ablata, alias non possit absolvi?  
Ex part. 5. tract. 3. Ref. 104.*

§. 1. **A**D hunc casum ita respondet Villalobos  
in *summa tom. 2. tract. 3. diffic. 27. num. 3.*  
[Advertan que si tienen deudas, la paguen luego,  
aunque vendan algunas alhajas, si lo pueden hazer  
sin gran detrimento de su casa. Lo uno, porque la  
restitucion obliga luego, como fe dixo arriba, pue-  
diendose hazer. Lo otro, porque lo que el testador  
no quiere hazer importandole tanto, por ventura no  
lo querra hazer el heredero, que ay muy poco que  
fiar el dia de oy.] Ita ille. Cui adde nostrum Leo-  
nem *de officio Confess. recollect. 26. num. 103.* ubi sic  
asserit. Infirmo potente commodè restituere non  
sufficit, ut ipse possit absolvi, quòd demandavit  
hæredibus restitutionem. Ratio est quia iste habet  
voluntatem conditionalem, si moriatur, restituendi,  
aliàs non vult restituere, ergo indispositus. Probat  
etiam Gutierrez experientia, quia videmus quotidie  
hæreditatem aliis obvenisse, quam iis, quibus reli-  
cta fuit à testatore, & moveri lites, ita ut restitucio  
non possit fieri ab hæredibus: & dato quòd docti  
hæredes obtineant hæreditatem, etiam non cutant  
dictas restitutiones facere. Unde quotidie videmus  
patres in articulo mortis relinquere filiis, ut faciant  
restitutiones sibi demandatas ab eorum antecessoris,  
& isti nepotibus. Hucusque Patet Leo, qui citat  
Gutierrez, Azorium, Reginaldum & Sayrum.

2. Unde apparet rectè refellendam esse opinionem  
Joannis Baptistæ Poza in *præct. bene moriendi in Pra-*  
*mio mandam. 8. post §. 6.* ubi sic asserit: [Porque ordi-  
nariamente acontece à los infirmos, que infama-  
ron o injusta, o falsamente atestiguaron en delitos  
infames, o qualidad de linages, que antes se dexaram  
condensar para siempre, que delæzarse, y reparar el  
ageno honor, devenle les proponer los tormentos, y  
infamia mayor, a que para siempre se obligan, y jun-  
tamente se les facilitará esta satisfacion, diciendoles  
que por lo menos fatis hagan al honor quitado por  
escrito autentico, y secreto, dexandole al Confessor,  
o otra persona de confianza para que le escriva à la  
parte interessada despues de aver muerto de la pre-  
sente enfermedad. Porque estando ya fuera de la  
Republica de los vivos, no se averguencera de los  
dichos de los hombres, ni tendrá empacho de la re-  
gion de los vivos destos rumores, y fama, que tan  
presto se olvidan, y desuacen.] Hæc ille. Sed, ut  
dixi, hæc opinio non est admittenda, quia restitucio  
famae ex communi Doctorem opinionem statim  
est faciendæ; ergo qui illam sine justa causa vult dif-  
ferre est in statu peccati mortalis, nec potest absol-  
vi, & infirmus, qui post mortem vult famam à Con-  
fessario nomine suo restituendam, signum est non  
esse benè dispositum, quia non vult satisfacere præ-  
cepto